LECTORI PHILIATRO S.

EN tibi L. B. libros posthumos Ioannis Prævotii Medici celeberrimi, quos junctim nunc edere placuit, eò quòd veluti in manuali & materia Medica in genere, & Euporista, sive quæ facili operâ parvoq; sumptu parabilia, & modus componendi, contineantur. Si ad res respicies, è re tua certè erunt, si ad ordinem, cultiùs prodiissent, si autor ipse ultimam limam addere potuisset, quod tamen per fata non licuit. Cosmeticen quam Ioannes Stephanus Iatrophysicus Venetus (cui Prævotianorum fœtuum editionem debemus,

excepto tractatu de compositione medicamentorum, quem Monavius divulgavit) tractatui de remediorum materia subjunxit, in hac editione relegare noluimus. Tu interim Lector candide benevolo animo posthumos quos damus suscipe, foveq; & nostris sumptibus fave.

INDEX.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-169830-p0012-1 DFG